

Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatae

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

[Quæstio II. An Oscitanius ob deprehensam inscitiam fuerit privandus
beneficio suo Parochiali?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

Q U E S T I O I I.

*An Oscitantius ob deprehensam inscitiam fuerit privandus
beneficio suo Parochiali?*

Hæc breviter expeditur ex Concil.
Trid. s. 21. c. 6. de ref. ibi: quia
illiterati & imperiti Parochialium Ec-
clesiarum Rectores Sacris minus apti sunt
quæ Episcopi, etiam tanquam A-
postolicæ Sedis delegati, eisdem illite-
ratis & imperitis, si alias honeste vite
sit, Coadjutores aut Vicarios pro tem-
pore deputare, partemque fructuum eis-
dem pro sufficienti virtute assignare, vel
alter prævidere possint, quacunque ap-
pellatione, & exemptione remota. Er-

go non privationem decernit, sed ad
tempus, si spes sit, quod interea talis
se aptum sit redditurus, eidem Vica-
rium dari præcipit. Si tamen adeo
stupidus fuisset Oscitantius, aut negli-
gens, ut pro omnino illiterato haberet
potuisse, aut spem nullam præbuil-
set futura aliquando idoneitatis, pri-
vandum suisse crederem, tanquam
vel invalidè promotum, vel tanquam
indignum. arg. c. 7. §. inferiora. &c.
22. de Elec.

TITULUS XV.

De Sacra Unctione.

DECISIO XV.

De Consecratione Episcopi facta per Chrisma
dubium.

SPECIES FACTI.

IN dioecesi vicina ante complures
annos in consecratione Episcopi
Suffraganei adhibitum est chrisma, de
quo post multi temporis lapsum du-
bitatum est ex confessione Pharma-

copæi, qui Chrisma consecerat, an
verum illud fuerit, vel spurium.
Quapropter ingens per dioecesim mo-
tus excitatus, & à multis dubitatum
est, an ille Episcopus validè ordina-
tus

N 2